INDEX QUÆSTIONUM THEOLOGICARUM,

Quæ habentur in his Deciſionibus.

1 IN quot, & quibus caſibus liceat ſumere SS. Euchariſtiam ſine naturali jejunio. Deciſ. 3. à n. 5. & ſeqq.

2 An liceat Parocho non jejuno celebrare cauſa communicandi moribundum per Viaticum. d. Deciſ. 3. à n. 7. & ſeqq.

3 Sacerdos mortali culpa detentus miniſtrans aliis SS. Euchariſtiam, an mortaliter peccet. Deciſ. 4.

4 Moniales raro communicantes quibus rationibus ad frequentiam Sanctiſſimæ Communionis ſuadendæ. Deciſ. 5.

5 Eſſentia Sacramenti Euchariſtiæ an conſiſtat in exiſtentia Corporis, & Sanguinis Domini. An in ſpeciebus conſecratis, & ipſo Corpore, & Sanguine Domini ſimul. Deciſ. 6.

6 Quis primus hæreticorum impugnaverit Euchariſtiæ Sacramentum, & qui in aliis ſequaces. Deciſ. 6.

7 Quæ ſint Argumenta fortiſſima ad convincendos hæreticos negantes realem exiſtentiam Corporis & Sanguinis Domini in Euchariſtia. Deciſ. 6. à num. 6.

8 In quibus differat Sacramentum Euchariſtiæ ab aliis Sacramentis, & dantur undecim propriæ differentiæ. Deciſ. 7. à n. 1.

9 An aliqui vixerint longo tempore, ſolo Euchariſtico pane nutriti? & qui Deciſ. 7. n. 2.

10 Communionis Vox, quot & quales ſignificationes habeat in Eccleſia. Deciſ. 9. n. 1.

11 Quæ, & qualis ſit Communio Papalis; Epiſcopalis, Sacerdotalis, Diaconalis, Subdiaconalis, & aliorum Clericorum. Quæ Laicorum Imperatorum, Regum, Puerorum, Peregrinorum, Infirmorum, ac Mortuorum. Deciſ. 9. à n. 2. & ſeqq.

12 Cur Dominicani Patres ſe communicent manu ſiniſtra. Deciſ. 9. n. 8.

13 Quid eſſent Eulogiæ, ac Agapes. Deciſ. 9. n. 20. 21. & 22.

14 An laici jejuni poſſint communicari poſt meridiem. Deciſ. 9. n. 23. & 24.

15 Utrùm antiqui Chriſtiani communicarentur ſemper cum utraque ſpecie Euchariſtiæ. Deciſ. 9. n. 11.

16 Communio laica, ad quam olim Clerici condemnabantur, quid eſſet. Deciſ. 9. n. 13. Et quid Communio Peregrina. ibid. n. 16.

17 An mortui olim ſepelirentur cum Sacra Euchariſtia. Et quid eſſet Communio mortuorum. Deciſ. 9. num. 18.

18 Catechumenorum Communio quænam eſſet. Deciſ. 9. n. 19.

19 Communio quotidiana an à laicis fidelibus in primitiva Eccleſia ſumeretur. Quando fuit Communio facta de præcepto ter in anno. Deinde ſemel. Et an hodie laici poſſint quotidie ſumere Sacram Euchariſtiam. Deciſ. 10. per totam in cujus fine Decretum Sac. Congregat. Concilii diei 12. Februarii 1679. circa quotidianam Communionem laicorum.

20 An olim licitum eſſet laicis pluries in Die Communicari. Deciſ. 10. n. 1.

21 Qui, & quot Ordines Regulares fundati ſint, & à quibus Fundatoribus, à principio Eccleſiæ uſque ad annum 1576. Deciſ. 10. n. 5.

22 Materia Euchariſtiæ quænam ſit in conſecratione Corporis Chriſti. Deciſ. 11. numer. 1. & ſeqq.

23 In quo caſu Sacramenta confici poſſint cum materia dubia. Deciſ. 11. n. 4.

24 Controverſia de Azymo, & Fermentato inter Eccleſiam Latinam, & Græcam cur, quomodo, & quando orta fuerit. Deciſ. 11. num. 6. 7. & 8. ubi quòd ſemper Eccleſia latina conſecravit in Azymo.

25 Utrum Chriſtus Dominus inſtituerit ſui Sacratiſſimi Corporis, & Sanguinis Sacramentum luna decimatertia Menſis Martii; Vel luna decimaquarta. Deciſ. 11. à n. 10. & ſeqq. & an in pane Azymo, vel fermentato. ibid.

26 An Chriſtus Dominus paſſus, & mortuus ſit luna decimaquarta, vel luna decimaquinta Menſis Martii. Deciſ. 11. n. 17.

27 An aliquando Judæi ex traditione Rabbinorum incipiant comedere Azyma, & Agnum Paſchalem luna decimaſexta Menſis Martii. Deciſ. 11. à n. 18. & ſeqq.

28 Quæ ſit materia pro conſecratione Sanguinis Chriſti, tam certa, quàm inepta, & dubia. Deciſ. 12. à n. 1. & ſeqq.

29 An vinum Miraculoſum poſſit eſſe materia Conſecrationis Sanguinis Domini. Deciſ. 12. num. 10.

30 Ob quæ Myſteria miſceamus aquam cum vino conſecrando in Calice. Deciſ. 12. n. 11.

31 Aqua mixta cum Vino in Calice an tranſubſtantietur in Sanguinem Chriſti. Deciſ. 12. num. 11. & ſeqq.

32 Numquid Beati in cœlo edent, ac bibent. Deciſ. 12. n. 5.

33 Utrum modica aqua infuſa poſt conſecrationem in ſpecies vini conſecrati, convertatur in Sanguinem; vel remaneat aqua, aut miraculoſo quodam modo fiat vinum. Deciſ. 12. n. 19.

34 Quænam olim eſſent Miſſæ Veſpertinæ. Et quibus de cauſis celebrarentur miſſæ de ſero. Deciſ. 13. à n. 1. & ſeqq.

35 An olim eſſent plures dies Polyliturgici in anno; in quibus ab uno, & eodem Sacerdote pluries litari liceret. Diciſ. 13. à n. 3. & ſeqq.

36 Quæ, & quot ſint Myſteria, quorum cauſa omnis Sacerdos ter celebrat in die Natalis Domini. Deciſ. 13. n. 11. & 15.

37 A quanto tempore debeat eſſe jejunus Sacerdos celebraturus primam Miſſam in media Nocte Natalis Domini. Deciſ. 13. n. 12.

38 An licitum ſit poſt celebratam primam Miſſam in media Nocte Natalis Domini, ſtatim proſequi cele-

celebrationem aliarum duarum Miſſarum; & communicare fideles adſtantes. Deciſ. 13. n. 15. & n. 20. ubi Decreta Sacr. Congregat. de Anno 1641. & num. 21. ubi rationes pro negativa ſententia.

39 Antiquitus an omnes fideles communicarentur ſub utraque ſpecie quandocumque, vel tantùm in Miſſa ſolemni. Deciſ. 14. num. 1.

40 Ex qua materia fabricarentur Calices in primitiva Eccleſia. Deciſ. 14. num. 2. & 3.

41 An Chriſtus in ultima Cœna pro ſui Sanguinis conſecratione uſus ſit uno, vel pluribus Calicibus. & cujus materiæ erant formati. Deciſ. 14. num. 5. & Deciſ. 17. num. 4.

42 A quibus Eccleſiaſticis diſpenſabatur Sanguis Chriſti conſecratus in Miſſa. Et quibus induſtriis, ad evitandas effuſiones. Deciſ. 14. n. 6. & 7.

43 Quanto tempore, & apud quas nationes fuerit in uſu Communio Panis conſecrati intincti in Sanguine Chriſti. Deciſ. 14. num. 8.

44 Quomodo ſervetur Sacramentum Euchariſtiæ toto anno à Græcis, à Moſcovitis, & à Ruſſiis pro communione infirmorum. Deciſ. 14. num. 9. & 10.

45 Quo tempore Communio Calicis cœperit in deſuetudinem ire, & quibus de cauſis. Deciſ. 14. numer. 12.

46 Huſſitæ hæretici quando fuerint. Et qui eorum errores. Auctor ipſorum Joannes de Huſs ubi condemnatus, & quomodo punitus. Deciſ. 14. num. 13. & 14.

47 Ubi, & quando fuit ab Eccleſia prohibita laicis Communio ſub ſpeciebus Vini conſecrati, ſeu Calicis. Deciſ. 14. num. 15.

48 Utrùm infirmum non valentem deglutire particulam Hoſtiæ conſecratæ, liceat communicare pro Viatico cum ſpeciebus Vini conſecrati. Deciſ. 14. num. 17.

49 Quid agendum, ſi infirmus in articulo mortis guttur ſauciatum ulceribus habeat, & non poſſit deglutire Sanctiſſimum Viaticum, ne eo privus remaneat. Deciſ. 14. num. 18.

50 Laici non infirmi an ſint communicandi in die Sabbati Sancti. Rationes pro nagativa opinione. Deciſ. 15. num. 1. & 4. 5. 6. 7. & 8. & pro affirmativa num. 3. 9. & ſeqq.

51 Qua hora Chriſtus Dominus reſurrexerit à mortuis. Deciſ. 15. num. 19.

52 Forma Conſecrationis Corporis Chriſti quæ ſit. Deciſ. 16. num. 1. Et an ſint de eſſentia verba illa, *Qui pridie, quàm pateretur &c.* atque *Benedictio*. num. 4. & 5.

53 An eadem Hoſtia poſſit conſecrari à pluribus Sacerdotibus ſimul, & eodem tempore. Deciſ. 16. num. 2. & ſeqq. & num. 17.

54 Quæ remedia adhibenda, dum plures ordinantur ſimul Sacerdotes, & concelebrant, & conſecrant ſimul cum Epiſcopo, ne illum præveniant in forma conſecrationis. Deciſ. 16. numer. 21. 22. 23. 24.

55 Quæ ſit Forma conſecrationis Calicis, ſeu Sanguinis Chriſti. Deciſ. 17. num. 1. & 5.

56 Quæ ſint Cæremoniæ, quas hiſce temporibus faciunt Judæi, dum comedunt Azyma, & Agnum Paſchalem. Deciſ. 17. num. 1. & ſeqq.

57 Quot Calices adhibeant Judæi in Cœna Paſchali. Deciſ. 17. num. 4.

58 An Chriſtus Dominus ante conſecrationem Panis, & Vini in ſuum Corpus, & Sanguinem, benedixerit ipſum ſigno Crucis. Deciſ. 17. num. 3.

59 An omnia verba conſecrationis Calicis poſita in Canone Miſſæ ſint de eſſentia ejuſdem conſecrationis. Deciſ. 17. num. 6. ubi tres opiniones.

60 An communicari per Viaticum in articulo mortis ſit de Præcepto Divino, vel de Præcepto Eccleſiaſtico. Deciſ. 19. num. 3. & 4.

61 Quo tempore ceſſavit conſuetudo concedendi Euchariſtiam Laicis, ut eam ſecus domi ſervarent. Deciſ. 19. num. 5.

62 Qua de cauſa conceſſum ſit communicare per Viaticum etiam non jejunos. Deciſ. 19. num. 8.

63 Quid ſit Tranſubſtantiatio, quæ ſit in conſecratione Euchariſtiæ. Deciſ. 21. n. 1. & ſeqq.

64 Quot requiſita ſint neceſſaria pro converſione unius ſubſtantiæ in alteram. Deciſ. 21. n. 2. & ſeqq.

65 Quid ſignificet Panem, & Vinum converti Syncategorematicè in Corpus, & Sanguinem Chriſti. Deciſ. 21. num. 8.

66 An in Euchariſtia ſimul cum Chriſto ſit Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus. Deciſ. 22. num. 1. & ſeq.

67 An panis poſſit tranſubſtantiari in Deitatem, ideſt in Divinas Perſonas. Deciſ. 22. num. 5.

68 Quanto tempore ſit differenda ſumptio cibi corporalis poſt ſumptam Sacram Euchariſtiam. Deciſ. 25. num. 1. & 5.

69 Quanto tempore ſpecies Sacramentales durent in ſtomaco, & an augeatur gratia, dum eædem in ſtomaco durant. Deciſ. 25. n. 7. & 8. Deciſ. 56. n. 5.

70 Utrùm Chriſtus in Euchariſtia poſſit ab intellectu creato lumine naturali cognoſci; ideſt ab Animabus beatis, ab Angelis, à Dæmonibus, & ab Animabus Purgatorii. Et an ab intellectu hominis Viatoris. Deciſ. 26.

71 An Chriſtus in Euchariſtia poſſit videri ab oculo corporeo. Deciſ. 27. ubi plura exempla.

72 Quot, & quibus modis poſſint fieri apparitiones Chriſti in Euchariſtia. Deciſ. 27. num. 5.

73 Quid faciendum de Hoſtia conſecrata, ſi in ea appareat viſibilis Caro Chriſti. Deciſ. 27. n. 6.

74 An Sacerdos, qui commodè celebrare non poteſt, ſeipſum poſſit communicare ex devotione, ſi alius Sacerdos non adſit. Deciſ. 29.

75 Utrùm Accidentia in Euchariſtia remaneant ſine ſubjecto. Quotuplex ſit ſubjectum Accidentium. An Accidentia in Euchariſtia ſuſtententur à quantitate. Similitudines aliquæ, & exempla pro demonſtranda ſubſiſtentia prædictorum Accidentium ſine ſubſtantia. Deciſ. 31. per totam.

76 An in Calice conſecrato remaneat Sacramentum, ſi in eo alius liquor miſceatur. Diverſæ Theologorum ſententiæ, de definitione Euchariſtiæ in Calice ob mixtionem alterius liquoris. Deciſ. 32. per totam.

77 De inolita conſuetudine miſcendi, & addendi Vinum cum ſpeciebus conſecratis in Calice, quando ejus uſus erat omnibus communis. d. Deciſ. 32. num. 12.

78 An liceat Sacerdoti celebranti, communicare Laicum cum parte Hoſtiæ ſui Sacrificii. Dec. 33.

79 Utrùm Chriſtus Dominus in ultima Cœna communicaverit ſeipſum. d. Deciſ. 33. num. 4.

80 Puncta decem, tot articulos fidei continentia; de quibus inſtruendi ſunt illi, qui noviter diſponuntur ad Sacram Euchariſtiam ſuſcipiendam. Deciſ. 35. & ibi alia Puncta quatuor pro præparatione ad Communionem: & Tria pro gratiarum actione.

81 Quis ſit Miniſter Conſecrationis Euchariſtiæ. Deciſ. 36.

82 Utrùm Angeli, ſeu Animæ Sacerdotum Defunctorum poſſint validè conſecrare Sacroſanctam Euchariſtiam. d. Deciſ. 36. num. 3.

83 Quæ requirantur in Sacerdote tum ad validam, tum ad licitam Euchariſtiæ conſecrationem. Deciſ. 37. à num. 1. & ſeqq.

84 Quotuplex ſit Poteſtas, quæ confertur in ordine Presbyteratus. Et quando ea impediatur in Presbytero. d. Deciſ. 37. num. 2.

85 Lampadarum ardentium in ſepulchris Defunctorum, repertarum in Diœceſi Patavina exempla. Deciſ. 38. num. 8.

86 Utrùm laicus poſſit ſumere, & conſumere utraſque ſpe-

ſpecies conſecratas in Miſſa, moriente Sacerdote poſt
conſecrationem earum; & nullo alio exiſtente Sa-
cerdote, qui poſſit illas conſumere. Decif. 39.

87 In qua ætate pueri, ac puellæ ſint admittendi
ad Euchariſticam Communionem. Decif. 40.

88 Quo Privilegio fruantur pueri, & puellæ in arti-
culo mortis circa Euchariſticam Communionem. d.
Decif. 40. num. 9.

89 Quæ, & qualis intentio ſit neceſſaria in Sacer-
dote Sacram Euchariſtiam conſecrante. Decif. 41.

90 Quomodo ſit intelligendus S. Auguſtinus relatus
*in cap. Dedit. 1. q. 1. & cap. Baptiſmus. De Con-
ſecr. diſt.* 4. ubi dicit, valere Sacramentum Bapti-
ſmi ab ebrio collatum. Decif. 41. num. 6.

91 S. Thomas quomodo dixerit 3. *par. q.* 64. *art.* 8.
ad 3. Intentionem habitualem ſufficere in conficien-
te Sacramentum ad ejus validitatem. d. Decif. 41.
num. 7. & 8.

92 Quæ ſint ſigna denotantia, Intentionem Virtua-
lem conſecrandi Euchariſtiam eſſe in Sacerdote. De-
cif. 42. *ubi tria ſigna.*

93 An Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus
poſſit miniſtrare Euchariſtiam moribundo, ſi nullus
reperiatur Sacerdos, qui eam miniſtret. Decif. 43.

94 An laico liceat in caſu neceſſitatis tangere Hoſtiam
conſecratam. Decif. 44. num. 3. & ſeqq.

95 Qui ſint effectus, quos operatur Euchariſtia in ani-
ma illius, qui devotè eam ſuſcipit. Decif. 46. Ubi
quatuor eſſe demonſtrantur; videlicet, Augmentum
gratiæ; Unionem ſpiritualem cum Chriſto; Pri-
mam gratiam aliquando: & culparum venialium re-
miſſionem.

96 Pœnitens ſi inculpabiliter obliviſcatur aliquod
peccatum, an illud ei remittatur in abſolutione à
confeſſis. Decif. 46. num. 6.

97 Attritus ſi communicat, credens non habere mor-
talia; vel ſi habeat, deficiente Sacerdote credat eſ-
ſe contritum, an recipiat in Communione primam
gratiam. Decif. 46. num. 7.

98 Peccata venialia an remittantur per Euchariſtiam
ex opere operato, vel ex opere operantis. Decif.
46. num. 13.

99 Qui ſint effectus, quos Euchariſtia producit in
corpore illius, qui dignè eam ſumit. Decif. 47. ubi
quòd ſunt quatuor præcipui, Refrænatio motuum
carnalium; Dulcedo ſpiritualis; Nutrimentum Vi-
tæ præſentis, & Reſurrectio futuræ cum dotibus
Impaſſibilitatis, Agilitatis, Subtilitatis, & Clari-
tatis; quæ omnia ſelectis Sanctorum exemplis con-
firmantur, d. Decif. 47. per totam.

100 An Corpora reſurrectura glorioſa erunt lucida dia-
phana; vel lucida denſa, & opaca. Decif. 47. n. 17.

101 Vita ſpiritualis, adinſtar immortalis glorioſæ futu-
ræ, habet quatuor myſticas dotes, Claritatis, A-
gilitatis, Impaſſibilitatis, & Subtilitatis; & in
quibus hæ dotes conſiſtant. Decif. 47. n. 18. & 19.

102 Utrùm ad faciendam experientiam, an mulier
patiens Exſtaſes, & mira loquens, communiter cre-
dita Energumena, verè ſit talis, vel potiùs Luna-
tica, Epileptica, Saga, Maga, aut Pythoniſſa,
licitum ſit, eam petentem Euchariſticam Commu-
nionem fallere, porrigendo illi Hoſtiam non con-
ſecratam. Decif. 50.

103 Qui ſint Energumeni, Lunatici, Epileptici, Ma-
gi, Sagæ, Pythones, & quibus ſignis prædicti co-
gnoſcantur. d. Decif. 50. num. 11. & ſeqq.

104 Quibus cauſis Deus permittat in hac vita homines
à dæmonibus vexari. d. Decif. 50. num. 31.

105 An dentur remedia naturalia ad fugandos Dæmo-
nes. d. Decif. 50. num. 33.

106 An Alcis ungula ſanet Epilepticos; Potiove ſan-
guinis hominis decollati. d. Decif. 50. num. 8. & 9.

107 Animæ defunctorum an obſideant Corpora viven-
tium. d. Decif. 50. num. 19.

108 An liceat paciſci cum aliquo, ut quis ex eis
prior moriatur, appareat ſuperſtiti. Decif. 50.
num. 25.

Dæmon quomodo poſſit ſtare in corpore hominis 109
viventis, non autem in anima. Decif. 50. n. 26.

Legio una dæmonum, quot dæmones contineat. 110
Decif. 50. n. 28.

Energumeni quibus ſignis cognoſcantur eſſe ta- 111
les. Decif. 50. num. 29.

Utrùm Animæ beatæ, vel exiſtentes in Purga- 112
torio, aut etiam in Inferno poſſint apparere viven-
tibus. Decif. 50. num. 23.

Quæ diſpoſitiones ex parte Animæ ſint neceſſa- 113
riæ ad licitam Euchariſtiæ perceptionem. Decif. 51.
ubi quatuor requiri in ſuſcipiente docetur, Fidem,
Voluntatem ſuſcipiendi, ſtatum gratiæ, & devo-
tionem.

Cur non detur Euchariſtia infantibus, ac perpe- 114
tuò amentibus. Decif. 51. num. 4.

Quando poſſit dari Euchariſtia phreneticis, vel 115
amentibus. d. Decif. 51. num. 4.

An Parochi mortaliter peccent, ſi ruſticos, & 116
idiotas non inſtruant de veritate Corporis, & San-
guinis Domini in Euchariſtia. Decif. 51. num. 4.

In quibus caſibus ſola contritio de mortali peccato 117
abſque actuali confeſſione ſufficiat, pro licita Sacræ
Euchariſtiæ ſumptione. Decif. 51. num. 7.

An peccet, qui habet peccata Venialia: & cum 118
illis ſuſcipit Sacram Euchariſtiam. Decif. 51. n. 9.

Quæ diſpoſitiones ex parte Corporis requirantur 119
in illo, qui dignè cupit ſumere Sacram Euchari-
ſtiam? Decif. 52. ubi quatuor enarrantur. Naturale
jejunium. Modeſtia veſtimentorum. Facultas deglu-
tiendi, & retinendi Sacramentum in ſtomacho. Et
abſtinentia à copula Conjugali.

Quantam abſtinentiam à conjugali copula habe- 120
re debeant uxorati, recepturi Sacram Euchariſtiam.
Decif. 53.

Quo tempore? Et quo temporis inſtanti Eucha- 121
riſtia conferat gratiam. Decif. 56.

Cujus formæ eſſent particulæ conſecratæ, quibus 122
olim communicabantur fideles. Decif. 56. num. 2.

An recipiat gratiam ille, qui recepta Sacra Eu- 123
chariſtia, eam tenet in ore donec per nimiam ſali-
vam corrumpantur ſpecies Sacramentales. Decif. 56.
num. 6.

Utrùm Communio Euchariſtica devotè ſumpta 124
proficiat ad ſatisfactionem pœnarum, quas commu-
nicans ſolvere debet vel in hac vita, vel in Pur-
gatorio. Decif. 57. num. 5.

Quid ſit ſatisfactio. Decif. 52. num. 1. 125

Qui, & quot ſint actus tàm interni, quàm ex- 126
terni, per quos homo poteſt ſatisfacere in hac Vi-
ta pœnis per eum debitis ob peccata mortalia re-
miſſa, vel ob venialia. Decif. 57. num. 3. & 4.

Quinam eſt ſenſus, & vis hujus locutionis: Sacra- 127
menta producunt effectum ex opere operato, vel ex
opere operantis. Decif. 57. num. 4.

An ſatisfieri poſſit pœnis debitis pro peccatis tàm 128
pro ſe, quàm pro aliis, non ſolùm per opera pœna-
lia, ſed etiam per quoſcumque actus virtutum, etſi
non pœnales. Decif. 57. num. 7.

An Confeſſarius poſſit imponere Pœnitenti pro 129
pœnitentia ſumptionem Sacræ Euchariſtiæ. Decif.
57. num. 9.

An Communio facta pro Animabus Purgatorii 130
iiſdem proſit ad ſatisfactionem pœnarum. Decif. 58.
num. 14.

Quibus operibus poſſint viventes ſuffragari anima- 131
bus Purgatorii. Decif. 58. num. 7.

An non exiſtens in gratia poſſit ſuffragari Ani- 132
mabus Purgatorii. Decif. 58. num. 11. & 12.

Utrùm Animæ Purgatorii torqueantur ibi à Dæ- 133
monibus. Decif. 58. num. 2.

An eleemoſyna ſit magis ſatisfactoria, quàm je- 134
junium. Decif. 58. num. 15.

Index Quæſtionum Theologicarum.

135 Ebrietas an ſit peccatum mortale. Decif. 59. n.
6. 7. & 8.

136 An Medici poſſint ſuadere alicui infirmo ebrie-
tatem pro remedio ſuæ infirmitatis. Decif. 59. n. 9.

137 Quomodo Noe, ac Loth poſſint excuſari ab ebrie-
tate. Decif. 59. num. 10.

138 Quæ ſint remedia adhibenda ab ebrioſis, ut ca-
veant ab ebrietate. Decif. 59. num. 11. & 12.

139 Quot peccata committat qui ſe inebriat die Re-
ſurrectionis Paſchalis poſt Sacram Communionem
receptam. Decif. 59. num. 16.

140 An committat duo peccata qui peccat in die feſto.
Decif. 59. num. 17.

141 An Maritus non nutriens Uxorem, ac filios, pec-
cet mortaliter. Decif. 59. num. 18.

142 An exiſtentes in peccato mortali, & aſſociantes
SS. Euchariſtiam, dum defertur in Proceſſione, vel
ad infirmos lucrentur Indulgentias conceſſas pro hu-
juſmodi aſſociatione. Decif. 60. num. 31. & 32.

143 Utrùm Uxor poſſit petere divortium, ſi maritus
contraxerit morbum gallicum. Decif. 61. num. 20.

144 Euchariſtia, ac Extrema Unctio an ſit danda ma-
nibus per Sacerdotem infectis Peſte. Decif. 61.
num. 28.

145 An peccent mortaliter peſte infecti ſi converſen-
tur cum ſanis, iiſdem inſciis, eos eſſe peſtiferatos.
Decif. 61. num. 31.

146 An morientes in ſervitio peſte infectorum, iiſdem
ſervientes ex motivo charitatis, ſint Martyres.
Decif. 61. num. 32.

147 Quando ſit danda Extrema Unctio peſte infectis.
Decif. 61. num. 35.

148 Peſtis tempore an Proceſſiones ſint licitæ. Et
quibus cautelis ſint practicandæ. Decif. 61. nu. 38.
& ſeqq.

149 Epiſcopi an tempore Peſtis teneantur reſidere in
ſuo Epiſcopali Palatio; Et adminiſtrare Sacramen-
ta in defectum aliorum Sacerdotum. Decif. 61. n.
21. & 22.

Quænam ſit obligatio Prælatorum Regularium 150
tempore Peſtis. Et an Regulares Sacerdotes tempo-
re peſtis ſint obligati adminiſtrare Sacramenta. De-
cif. 61. num. 24. & num. 30.

Simplices Sacerdotes an compelli poſſint tempo- 151
re Peſtis, ut Sacramenta adminiſtrent. Decif. 61.
num. 29.

Regulares Converſi in religionibus ſervientes qua- 152
re vocentur Converſi. Decif. 62. num. 13.

Qua de cauſa, plura defunctorum cadavera veſti- 153
antur pro ſepultura cum habitu Capuccinorum, vel
PP. Reformatorum S. Franciſci. Decif. 62. n. 15.

An pueri oblati à parentibus alicui Religioni te- 154
neantur in ea profiteri. Decif. 62. num. 16. & 17.

Convertitæ an poſſint facere profeſſionem regula- 155
rem ante completum annum Novitiatus, & in qua-
cumque ætate. Decif. 62. num. 19. & 20.

Anachoretica Vita an ſit perfectior, quàm Vita 156
Cœnobitica. Decif. 62. num. 24.

Anachoretis, & Solitariis ob quas cauſas licitum 157
erat deſerere Anachoreſim, vitamque ſolitariam.
Decif. 62. num. 32.

Anachoretæ, Incluſi, ac Solitarii, præcipuè in 158
vaſtiſſimis deſertis, quomodo recipiebant Sanctiſſi-
mam Euchariſtiam tum in vita, tum in morte. De-
cif. 62. num. 33. & ſeqq.

Cujus formæ, ac magnitudinis olim eſſet Panis in 159
Miſſa conſecrandus. Decif. 62. num. 38.

An Sancti Angeli ſoliti fuerint miniſtrare Sacram 160
Euchariſtiam. Decif. 62. num. 45. & 46.

Anachoretæ, & Incluſi quomodo adimplebant 161
præceptum de audienda Miſſa. Decif. 62. num. 51.
& 52.

INDEX
QUÆSTIONUM CANONICARUM, LEGALIUM, AC VARIARUM,
Quæ in his Deciſionibus habentur.

1 QUando valet argumentum ab Etymologia Vocabuli. Deciſ. 1. numer. 2. & ſeqq.

2 Qua pœna ſit puniendus Parochus negligens in adminiſtratione Sacramentorum. Deciſ. 3. n. 9. & 10.

3 Quæ ſint Oratoria Publica, & quæ Privata. Deciſ. 8. n. 1. & ſeqq.

4 An Oratoria privata gaudeant immunitate Eccleſiaſtica, & ſint capacia pollutione. Deciſ. 8. n. 4.

5 Utrum in Oratorio publico, habente Januam in Via publica, poſſit permitti aliud oſtium, ex quo pateat ingreſſus in domum privatam, & per quod Patroni procedere poſſint in ipſum Oratorium. Deciſ. 8. n. 5.

6 An Epiſcopus in aliquo caſu poſſit concedere, ut Miſſa celebretur extra Eccleſiam. Deciſ. 8. n. 12.

7 Oratoria Palatiorum, in quibus reſident Rectores Urbium, & Arcium Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ an ſint publica, vel privata. d. Deciſ. 8. n. 13.

8 Quinam poſſint celebrare in Oratoriis exiſtentibus in domibus Cardinalium, vel Epiſcoporum, vel regularium, vel Nobilium privatorum. d. Deciſ. 8. à n. 15. & ſeqq.

9 Quæ, & quot ſint privilegia à Jure Epiſcopis conceſſa. d. Deciſ. 8. à n. 18.

10 An Epiſcopus poſſit extra ſuam Diœceſim celebrare Miſſam abſque licentia Ordinarii, & dare benedictionem Epiſcopalem cum verſu *Sit nomen domini Benedictum*. d. Deciſ. 8. n. 19.

11 Privilegia olim conceſſa Regularibus circa celebrationem Miſſæ in Oratoriis privatis, an ſint revocata à Concilio Trident. d. Deciſ. 8. num. 22.

12 Qua de cauſa, & quo tempore prohibitum fuerit Epiſcopis, concedere licentiam celebrandi Miſſam in Oratoriis privatis. d. Deciſ. 8. num. 23. & 24.

13 Qua de cauſa, & quando Summi Pontifices cœperunt ſibi mutare nomen. d. Deciſ. 8. num. 26.

14 Error nominis, aut cognominis, ſeu Civitatis, vel Diœceſis, an vitiet gratiam conceſſam in Breve Apoſtolico. d. Deciſ. 8. n. 28.

15 An Nobilis Venetus habens Breve Oratorii privati pro Civitate Venetiarum, poſſit eo uti etiam in Civitate Patavina, vel in Villa. d, Deciſ. 8. n. 31. & 34.

16 Quænam Nobilitas ſufficiat pro habendo Breve Oratorii privati. d. Deciſ. 8. num. 32. & 33.

17 Oratorium privatum, an debeat totum eſſe conſtructum de muro. Deciſ. 8. n. 35.

18 Ordinarius an ad libitum poſſit viſitare pluries Oratoria privata. Deciſ. 8. n. 36.

19 An detur appellatio à denegata licentia celebrandi in Oratorio privato habente omnia requiſita. Deciſ. 8. n. 38.

20 An per mortem Papæ expiret Breve Oratorii privati nondum executi. Deciſ. 8. n. 39.

21 An poſſint celebrari plures Miſſæ eadem die in Oratorio privato, vel à Sacerdotibus Sæcularibus vel Regularibus. Deciſ. 8. n. 40.

22 Utrùm in eadem domo, in qua habitant duæ familiæ nobiles poſſint eſſe duo Oratoria privata. Et an viciſſim utraque familia in alterutro poſſit audire Miſſam. Deciſ. 8. n. 41.

23 An ſit nullum Breve ſecundum, impetratum pro Oratorio privato, vel pro indulgentia, ſi nondum primum ſit expiratum. d. Deciſ. 8. num. 42.

24 Quæ ſint Jura Parochialia prohibita exerceri in Oratoriis privatis. Deciſ. 8. numer. 44.

25 Quinam ſint dies feſti Solemniores, in quibus non licet celebrare in Oratoriis privatis. Deciſ. 8. n. 46.

26 Quinam dicantur de familia, ut poſſint audire Miſſam in Oratorio privato. Et qui famuli, aut famulæ dicantur neceſſarii ad eumdem effectum.. Deciſ. 8. numer. 47. & numer. 50.

27 Hoſpites nobiles quales eſſe intelligantur, ut poſſint ſatisfacere præcepto, audiendi Miſſam in Oratorio privatæ domus, in qua hoſpitantur d. Deciſ. 8. n. 48. Et quid de horum Hoſpitum nobilium famulis, n. 49.

28 An qui ex legitimo impedimento non poteſt ire ad Eccleſiam, ſed poteſt audire Miſſam in Oratorio privato, teneatur ſub mortali ibi eam audire. d. Deciſ. 8. n. 52.

Utrùm

29 Utrùm habens Bullam Cruciatæ poſſit audire Miſſam in quocumque Oratorio privato. d. Deciſ. 8. n. 53.

30 An liceat communicare audientes Miſſam in Oratorio privato. d. Deciſ. 8. n. 54.

31 An celebrata prima Miſſa in nocte Natalis Domini, licitum ſit proſequi celebrationem aliarum duarum Miſſarum, & communicare populum ante auroram. Deciſ. 13: n. 14. & ſeq. & n. 20. & ſeqq.

32 Sacerdos, celebrans pluries in eadem die ex avaritia, qua pœna ſit ab Epiſcopo plectendus. Deciſ. 13. n. 6. 7. & 8.

33 An Regularis bis celebrans in die ex avaritia poſſit puniri ab Epiſcopo. Deciſ. 13. n. 9. Et an ab Inquiſitoribus S. Officii. n. 10.

34 Decreta S. Congregationum Cardinalium an habeant vim Legis. Deciſ. 13. n. 16.

35 Legum Papalium validitati quando derogat non publicatio, vel inobſervantia. Deciſ. 13. n. 18. & 19.

36 Utrum Epiſcopus poſſit diſpenſare ſuper irregularitate orta ex infamia ob Polyliturgiam, vel Simoniam commiſſam. Deciſ. 13. num. 8.

37 Utrùm Declarationes, & Decreta Congregationum Eminent. Cardinalium tum S. Ritum, tum Concilii Tridentini, ac aliarum habeant vim Legis, & obligent in utroque foro. Deciſ. 13. n. 16.

38 An pro valore Legis Pontificiæ, & Decretorum Sacrarum Congregationum Eminent. Cardinalium ſufficiat publicatio facta Romæ. Et quando contrarius uſus deroget validitati ejuſdem Legis, vel Decretorum. Deciſ. 13. n. 17. & 18.

39 Quis Papa ſtatuerit, non eſſe credendum Decretis Sacrarum Congregationum Emin. Cardinalium, niſi ſint in forma probanti, ideſt cum ſigillo, & ſubſcriptione Cardinalis Præfecti. Deciſ. 13. n. 19.

40 Utrùm Confeſſarius poſſit ingredi Clauſuram Monialium pro frequenti Communione Monialiis infirmæ, febre non mortali laborantis. Deciſ. 18. numer. 1. & num. 36. Et Utrum aſſiſtendo pro moribunda. numer. 37.

41 Quando inceperit Clauſura Sanctimonialium. Quo Jure ſit introducta. A quo Pontifice ſit ſtabilita ſub pœna excommunicationis. Quæ veniant ſub nomine Clauſuræ. Deciſ. 18. à n. 1. & ſeqq.

42 Quæ, & quot ſint cauſæ, ob quas Moniales poſſunt licitè egredi de Clauſura. Deciſ. 18. n. 9. n. 16. 17. & 18.

43 In quot, & quibus caſibus Epiſcopi locorum Ordinarii habeant facultatem delegatam ſuper Regularibus. Deciſ. 18. num. 12. ubi quatuor caſus, nempè in iis, quæ concernunt Curam Animarum, Sacramentorum adminiſtrationem, prædicationem Verbi Dei, & Sanctimonialium Monaſteria.

44 An Virgines Canoniſtæ, & Dimiſſæ ſimul conviventes teneantur Legibus Clauſuræ. Deciſ. 18. n. 13. & 14.

45 An Monialis profeſſa animo non ſe obligandi ad Clauſuram, ſit ei adſtricta. Deciſ. 18. num. 15.

46 Utrùm Moniales Converſæ poſſint exire de Clauſura ad quæſtuandum eleemoſynas. Deciſ. 18. n. 19.

47 Circa violationem clauſuræ Monialium, an detur parvitas Materiæ excuſans à peccato tàm in egreſſu, quàm in ingreſſu. Deciſ. 18. num. 20.

48 Quibus pœnis, ac cenſuris afficiantur Moniales exeuntes de clauſura, & eas concomitantes, vel recipientes. Et an ab Epiſcopo abſolvi poſſint, Deciſ. 18. n. 21. & 22.

49 An Monialis Novitia, vel puella educanda de facto egredientes abſque licentia è clauſura incurrant excommunicationem. Deciſ. 18. num. 25.

50 Ingreſſum Virorum in Monaſteria Monialium quibus de cauſis Epiſcopi poſſint concedere. Deciſ. 18. n. 77.

51 Quæ ſint pœnæ inflictæ contra ingredientes Monaſteria Monialium ſine licentia, ac juſta cauſa. Deciſ. 18. n. 29.

52 Qui, & quot ſint Caſus reſervati, à quibus Regulares etſi privilegiati non poſſunt abſolvere pœnitentes. Deciſ. 18. n. 30.

53 Quas pœnas, & cenſuras incurrant tum Epiſcopi, tum Prælati Regulares ingredientes Monaſteria Monialium ſine juſta cauſa. Deciſ. 18. n. 31. Ubi quæ ſint ab his ſervanda pro ſuarum Monialium Viſitatione ad præſcriptum Bullæ Alexandri Papæ VII. diei 19. Octobris 1664.

54 Utrùm Moniales recipientes pueros, etſi diſcretionis annos non habentes in clauſuram, ſint excommunicatæ. Deciſ. 18. n. 32.

55 A quibus dandæ ſint licentiæ pro ingreſſu in Clauſuram Monialium ſubjectarum Regularibus; & pro locutione cum ipſis. Deciſ. 18. d. n. 32. & 33.

56 Quæ, & quot ſint jura emanata contra Regulares, ad eos coercendos per Epiſcopos, ne accedant ad crates Monialium ſine debita licentia. Deciſ. 18. n. 34. Et an Regulares ſine licentia Epiſcopi poſſint celebrare Miſſam in Eccleſia Monialium. n. 35.

57 Quæ, & quot Decreta Secræ Congregationis ſint attendenda, & obſervanda ab Epiſcopis circa Confeſſarios Monialium. Deciſ. 18. n. 38. 39. & 40.

58 Infirmo per Viaticum communicato, intra quot dierum ſpatium eidem in periculo mortis perduranti poſſit iterum Sacra Communio dari, etſi eam jejunus ſumere non poſſit. Deciſ. 19. à n. 1. & ſeqq. & n. 10. & 11.

59 Rubricæ Ritualis Romani an vim legis habeant. Deciſ. 19. n. 9.

60 An Parochus communicans infirmum in extremo vitæ conſtitutum, teneatur dicere illa Verba: *Accipe Viaticum &c.* ut in Rituali Romano. Deciſ. 19. n. 12.

61 An

61 An Melius ſit communicare fideles adſtantes Miſſæ, ea completa. An ſtatim poſt Communionem Sacerdotis. Deciſ. 20. num. 2. & 3.

62 Utrùm Parochus teneatur communicare vulneratum vulnere mortali, qui pridiè communicatus fuerat. Item alium, qui eodem manè Sacram Communionem receperat. Deciſ. 23. à num. 1. & ſeqq.

63 An licitè quis recipiat Communionem Paſchalem in Eccleſia Regularium, Parocho invito. Deciſ. 24. per totam.

64 Qui ſint Familiares Regularium, quibus ab ipſis Regularibus poſſunt adminiſtrari Sacramenta. Deciſ. 24. num. 4.

65 Quanto tempore ante, vel poſt Paſcha poſſit adimpleri Præceptum de Communione Paſchali. Deciſ. 24. num. 6.

66 Ubi legantur Privilegia Apoſtolica, conceſſa Regularibus pro adminiſtratione Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, cuique de Populo in eorum Eccleſiis. Deciſ. 24. num. 9.

67 Quas pœnas incurrant Regulares adminiſtrantes Laicis Euchariſtiam in die Paſchatis ſine licentia Parochorum. Deeiſ. 24. num. 10. & 13.

68 An Regulares in die Paſchatis poſſint communicare Laicos illos, qui in hebdomada Sancta ſunt communicati in ſua Parochia, vel habent animum ſe communicandi in ipſa ſequenti hebdomada poſt Paſcha. Deciſ. 24. num. 11. & num. 15.

69 Quænam eſſet horarum diviſio tum de nocte, tum in die apud Hebræos, necnon apud primitivos Chriſtianos. Deciſ. 25. num. 2. 3. 4. & 5.

70 An ſit Communicandus Concubinarius, qui profitetur, non amplius tangere Concubinam, ſed eam tenere pro gubernio domus. Deciſ. 28. num. 5. & 16.

71 Nomine Concubinæ, quid intelligerent antiqui Canones. Deciſ. 28. num. 19.

72 Polygamia cur permiſſa in Veteri teſtamento. Deciſ. 28. num. 22.

73 An Epiſcopus puniturus publicos Concubinarios teneatur præmittere trinam monitionem. Deciſ. 28. num. 10.

74 Edictum Eminentiſſimi Cardinalis Barbadici Epiſcopi Patavini die 10. Aprilis 1683. quo prohibet omnibus Confeſſariis Sæcularibus, & Regularibus ſuæ Diœceſis abſolvere Concubinarios non ejicientes Concubinas ex eorum domibus. Deciſ. 28. num. 18.

75 An Sacerdos communicandus extra Miſſam debeat habere Stolam. Deciſ. 30. à num. 27. Variæ ſignificationes Stolæ; tum apud Hebræos, tum apud Romanos, Venetos, & Eccleſiaſticos. d. Deciſ. 30.

76 An in feria Quinta Cœnæ Domini omnes Eccleſiaſtici teneantur communicare in Miſſa Solemni illius diei. d. Deciſ. 30. à num. 35.

77 Orarium verè, & propriè quid ſit. Deciſ. 30. num. 13. & ſeqq. & num. 16. ubi quid eſſent Oratoria populi Romani.

78 Quid ſignificet Stola, tum apud Theologos, tum apud Canoniſtas. DecIſ. 30. num. 21. & 22.

Utrùm Præcedentia debeatur Parocho, vel Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ in danda ſepultura alicui Parochiano. Deciſ. 30. num. 24. 79

An Regulares poſſint impedire Parochum, ne intret eorum Eccleſiam cum Stola, & Cruce, dum aſſociat cadaver ſui Parochiani ibi ſepeliendum. Deciſ. 30. num. 25. 80

An licita ſit conſuetudo celebrandi aliquas Miſſas privatas in feria Quinta Cœnæ Domini. Deciſ. 30. num. 37. 81

Utrùm Theodorus Papa injecerit Sanguinem Domini conſecratum in atramentarium, ut ſcriberet ſententiam excommunicationis contra Pyrrhum Patriarcham hæreticum. Deciſ. 32. à num. 3. 82

Quo in Altari Ciborium ſit ponendum, pro Sanctiſſima Euchariſtia in Eccleſiis ſervanda. Deciſ. 34. 83

Quæ, & quot prudens Parochus docere debeat pueros, & puellas pro iiſdem noviter introducendis ad Sacroſanctæ Euchariſtiæ perceptionem. Deciſ. 35. & ibi Paræneſis *Eminentiſs. Card. BARBADICI Epiſc. Patavini* ad ſuos Parochos pro inſtruendis prædictis pueris, ac puellis. 84

Utrùm Epiſcopus poſſit punire Regulares admittentes Sacerdotes Sæculares peregrinos ad celebrandum in eorum Eccleſiis, abſque ipſius Epiſcopi ſcientia, & licentia. Deciſ. 37. num. 7. 85

Lampadarum varia nomina, necnon variæ ſignificationes, & uſus. Deciſ. 38. à num. 1. & ſeqq. 86

Quot ſint membra humani corporis ſecundùm Rabbinos. d. Deciſ. 38. num. 1. 87

Quæ ſit feſtivitas *Chanuca*, quam annuatim celebrant Hebræi. d. Deciſ. 38. num. 3. 88

Quæ præcepta faciant Rabbini mulieribus Hebræis. ibid. num. 4. 89

Quænam eſſent illæ decem Virgines, quæ acceptis Lampadibus exierunt obviam ſponſo, & ſponſæ. *Matth.* 25. 1. dicta Deciſ. 38. num. 5. 90

Lampadarum uſus etiam in primitiva Eccleſia fuit apud Chriſtianos, & miraculis approbatus. Deciſ. 38. num. 10. & 11. 91

Ad quem ſpectet facere expenſas pro manutenenda Lampade ardente coram SS. Euchariſtia, An ad Parochum, vel ad Parochianos. Deciſ. 38. num. 13. & 14. 92

An Parochus peccet mortaliter, ſi negligens ſit in curando, ut Lampas ſemper ardeat coram Sanctiſſima Euchariſtia. Et qua pœna ſit ab Epiſcopo plectendus. Deciſ. 38. num. 15. 16. & ſeqq. 93

Quænam ſpecies peccati ſit furari oleum deſtinatum pro Lampade SS. Sacramenti. Deciſ. 38. n. 21. & 22. 94

An cadentibus Sacris Particulis in terram, intra clauſuram dum Moniales communicantur, poſſint colligi, & elevari à Monialibus; vel debeat Confeſſarius ingredi Clauſuram ad eam ſuſcipiendas. Deciſion. 44. 95

Index Quæſtionum Canon. Legal ac Variar.

96 An bene faciat Parochus, qui Sacram Hoſtiam delatam in Proceſſione, vel expoſitam Publicæ Orationi dividit in quatuor partes, eas reponendo in Pixide diſtribuendas Laicis communicantibus. Deciſ. 45.

97 An Concilia Provincialia obligent extra Provinciam; & Synodalia extra Diœceſim, ſaltem directivè. Deciſ. 45. num. 2. 3. & 4.

98 An Laicis communicantibus poſſit dari ſimplex ablutio in Calice. Deciſ. 45. num. 6.

99 Homines quot diebus vivere poſſint ſine cibo. Deciſ. 47. n. 10.

100 Compendioſa relatio Nativitatis, & Virtutum Beatæ Helenæ Enſelminæ Nobilis Paduanæ, diſcipulæ Sancti Antonii Confeſſoris, cujus Corpus integrum ſervatur Paduæ per annos 450. apud Moniales ejuſdem Beatæ Helenæ; quæ juridicè fuit declarata Beata per Apoſtolicam Sedem Anno 1695. ut in Deciſ. 47. numer. 8. & 9.

101 Utrùm ille, qui in die Paſchatis non communicat in Parochia ſua, ſed in Eccleſia Cathedrali, ſatisfaciat Præcepto Eccleſiæ. Deciſ. 48. per totam.

102 An peccet mortaliter Monialis, quæ ſemel tantùm in anno recipit Sacram Communionem. Deciſ. 49. per totam.

103 Quodnam Præceptum habeant Monachi Caſſinenſes, ac Regulares mendicantes circa frequentiam Sacræ Communionis à ſuis Conſtitutionibus. d. Deciſ. 49. à num. 2. & ſeqq.

104 Appellatione Monachorum nigrorum, de quibus in *Clem. Ne in agro. De Statu Monachor.* qui veniant. d. Deciſ. 49. à num. 8.

105 Utrùm Moniales gaudeant privilegiis conceſſis Religioſis ſuorum Ordinum, etſi non ſint ſubjectæ Regularibus, ſed Epiſcopis. d. Deciſ. 49. à num. 16.

106 An infirmus nolens recipere medicinam à medico præſcriptam peccet mortaliter. Et an liceat inedia voluntaria abbreviare vitam. d. Deciſ. 49. num. 29. & 30.

107 Quidnam eſſet *Mixtum*, quod in Regula Sancti Benedicti hebdomadarius præcipitur ſumere, antequam incipiat legere, propter Communionem Sanctam. d. Deciſ. 49. num. 4.

108 An peccet mortaliter Monialis ſi aliquo tantùm menſe omittat Sacram Communionem ob improviſam animi perturbationem, qua forſan invaditur. Deciſ. 49. n. 34. & 35.

109 Quid agendum, ſi vomitus accidat poſt Sacram Euchariſtiam receptam. Deciſ. 52. n. 6.

110 Verbum *Debet* importat neceſſitatem, & inducit præceptum. Deciſ. 53. num. 3.

111 Oza, qui tetigit Arcam Domini, quare percuſſus, & morte punitus. Deciſ. 53. n. 4.

112 An ſit danda Communio Euchariſtica conjugi, qui nocte præcedenti debitum ſolvit conjugale. Deciſ. 55.

113 Quæ, & quot ſint tempora in quibus conjuges debent abſtinere à debito conjugali. Deciſ. 53. num. 17. & 18.

114 Quæ, & quot mala proveniant ex immoderato Veneris uſu. Deciſion. 53. num. 19.

An ſumptio Tabachi ante Miſſam, vel ante Communionem, frangat jejunium naturale, & reddat ſuſcipientem inhabilem ad celebrandum, ſeu communicandum. Deciſ. 54. 115

Quæ ſint proprietates Tabachi, & quos effectus pariat ſivè ſumatur per maſticationem, ſivè per fumationem, ſivè per nares in pulvere. d. deciſ. 54. num. 9. & ſeqq. 116

A quibus Summis Pontificibus ſit prohibitum celebraturis Sacerdotibus ſumere Tabachum ſub pœna cenſurarum. Deciſ. 54. n. 14. 117

Quæ requirantur ad frangendum jejunium naturale. Deciſ. 54. num. 8. 118

Utrùm Tabachus habeat vim nutritivam. Deciſ. 54. num. 18. & ſeqq. 119

Tabachus ſumptus in ore, vel per maſticationem foliorum, vel per fumationem frangit jejunium naturale. Deciſ. 54. num. 19. 120

An ſola pituita poſſit nutrire hominem. Et an dentur animalia, quæ longo tempore vivant ſola pituita. d. Deciſ. 54. num. 20. & 21. 121

Quot ſint genera morborum, & infirmitatum, quibus impeditur infirmus à receptione SS. Euchariſtiæ. Deciſ. 55. 122

Delirantes, Phrenetici, & Dementes quando ſint communicandi. Deciſ. 55. n. 2. & 3. ubi novem Regulæ. 123

Schirantiæ morbus ex quibus cauſis procedat, & quando impediat Communionem. Deciſ. 55. n. 5. & 6. ubi Regula pro Parochis. 124

Infirmitas ſi exiſtat in Oeſophago, vulgò *Cannaruzzo*, ſive *Canna della gola* quando deneganda ſit à Parocho Communio. Item ſi adſit nimia Tuſſis, ſeu Vomitus. Deciſ. 55. num. 8. & 9. 125

Volvulus ſi ſit factus ob ſui ſævitiem appellatus *Miſerere mei*, an ſit danda Communio ſacra illum patienti. Deciſ. 55. n. 11. 126

Habenti Flatum, Lienteriam, aut Choleræ commotionem an exhibendum Viaticum Sacrum. Deciſ. 55. num. 12. & 13. 127

Suffragium quot habeat ſignificationes. Deciſ. 58. num. 6. 128

Quænam ſit Ethymologia Crapulæ, Ebrietatis, ac Sobrietatis. Deciſ. 59. num. 1. & 2. Necnon Temulentiæ, num. 4. 129

In quo differant Ebrius, & Ebrioſus. Deciſ. 59. num. 3. 130

Quæ ſint pœnæ ſtatutæ contra Ebrioſos. Deciſ. 59. num. 13. præcipuè ſi ſint Clerici, num. 15. 131

An mulier poſſit facere divortium, ſi ejus maritus ſit Ebrioſus. Deciſ. 59. num. 14. 132

Ob quæ motiva ſervetur Sacra Euchariſtia in omnibus Eccleſiis Parochialibus. Deciſ. 60. num. 2. 133

Utrùm Euchariſtia poſſit aſſervari in Eccleſiis non Parochialibus. Deciſ. 60. num. 4. & 5. 134

An expoſitio Sacræ Euchariſtiæ pro Oratione 40. horarum fieri poſſit abſque licentia Epiſcopi. Deciſion. 60. num. 9. & ſeqq. & num. 20. 135

136 An Regulares poſſint admittere ad celebrationem in eorum Eccleſiis Sacerdotes exteros ſine licentia Epiſcopi. Deciſ. 60. num. 13.
137 Proceſſio cum SS. Euchariſtia in die Corporis Chriſti à quo ſit facienda. Deciſ. 60. n. 21.
138 Regulares an omnes teneantur accedere ad Proceſſionem in die Solemnitatis Corporis Chriſti. Deciſ. 60. num. 12.
139 A quibus fieri poſſit Proceſſio cum SS. Euchariſtia intra octavam Corporis Chriſti. Deciſ. 60. num. 23.
140 Et à quibus ſingulis Menſibus. ibid. n. 27.
141 Quænam ſint Indulgentiæ conceſſæ Confraternitatibus Corporis Chriſti. Deciſ. 60. n. 29. & 30.
142 An ſit conceſſa Indulgentia recitantibus Angelicam Salutationem de manè, meridie, ac veſpere. Deciſ. 60. num. 34.
143 An Parochi teneantur enuntiare Indulgentias populo, dum deferunt SS. Euchariſtiam infirmis. Deciſ. 60. num. 37.
144 Quid ſit Peſtis. Quid Epidemia. Quid Contagium. Et qui morbi contagioſi. Deciſ. 61. à num. 1. & ſeqq.
145 Quot modis Contagium contrahatur. Deciſ. 61. num. 6.
146 An Scrophulæ ſanentur per contactum Regis Franciæ. Deciſ. 61. n. 9.
147 Utrum detur Peſtis ſine Contagio, Et quæ ſint præciſæ cauſæ Peſtis. Deciſ. 61. num. 11. 12. & 13.
148 Quæ remedia tempore Peſtis ſint adhibenda per Magiſtratus; & quæ per perſonas privatas. Deciſ. 61. num. 14. & 15.

Utrùm laborantibns Peſte ſit ſecanda vena, & ſanguis extrahendus. Deciſ. 61. n. 16. 149
Quæ, & quot Privilegia ſint à jure conceſſa tempore Peſtis. Deciſ. 61. à n. 17. & ſeqq. 150
An valeat teſtamentum ſcriptum à Parocho, vel Confeſſario tempore Peſtis. Deciſ. 61. numer. 18. 151
An conductor domus, eam deſerens tempore Peſtis teneatur ſolvere Affictum domino. Deciſ. 61. n. 19. 152
Utrùm Canonici tempore Peſtis ſint obligati ad Reſidentiam, & ad Chorum, Deciſ. 61. num. 25. 153
Utrùm privari poſſint beneficiis Parochi non reſidentes tempore Peſtis. Deciſ. 61. n. 26. 154
Quæ Sacramenta teneantur Parochi adminiſtrare tempore Peſtis; & quas induſtrias exercere pro ſua, & Parochianorum ſalute. Deciſ. 61. num. 27. & num. 34. 155
Incluſio, & detruſio in Monaſteriis quotuplex antiquitus eſſet, & quibus ex cauſis fieret. Deciſ. 62. num. 1. & ſeqq. 156
An pœna pro delictis carnis ſit hodie Judici arbitraria. Deciſ. 62. num. 5. 157
Quid olim eſſet Pœnitentia publica, ſeu ſolemnis, & quot eſſent gradus publicè pœnitentium. Deciſ. 62. num. 6. & 7. 158
An Publici Pœnitentes eſſent capaces Ordinum, ac beneficiorum. Deciſion. 62. num. 9. 159
Quinam ſint Anachoretæ, Lauritæ, & Aſcetæ. Deciſ. 62. num. 22. & 23. 160
Eremitæ quinam propriè dicantur. Deciſ. 62. num. 27. 161

DE VENERABILI EUCHARISTIÆ SACRAMENTO.

DECISIONIS I.

Ad Januarii Quæſitum primum.

ARGUMENTUM.

Agitur de Etymologia vocabuli EUCHARISTIÆ; & exponitur hæc vox Etymologia. Notatur ſecundùm Juriſtas differentia inter Etymologiam, Alluſionem, Derivationem, & Deſcriptionem Vocabuli. Docetur, an valeat argumentum ab his vocibus deductum.

SUMMARIUM.

1 *Etymologia quid ſignificet?*
2 *Etymologia facit argumentum negativum.*
3 *Alluſio nominis quid ſit?*
4 *Cadaver unde dicatur?*
5 *Etymologia Euchariſtiæ undè ſit?*
6 *Euchariſtia continet ſacrificia veteris Teſtamenti.*

QUÆSITUM PRIMUM.

Quænam ſit Etymologia Vocabuli EUCHARISTIÆ?

PRofeſſores humaniorum litterarum Cleri noſtri Patavini præmiſerunt, *Etymologiam* eſſe græcam vocem indagantem originem Verborum, ſeu vocum. *Amalth. Onom. Verb. Etymologia.* Com-
1 ponitur enim ex ἐτύμον derivante à vocibus ἐτὸς, ἐτεὸ, ab ἐώ, ſive εἰμί, quæ ſignificant *Quod eſt.* Porrò *Ens*, & *Verum* ſunt ejuſdem naturæ; & ideò *Etymologia* eſt ſermo de *etymis*, hoc eſt oratio, qua exponitur nominis ratio. Voſſius *in Etymolog. ling. lat. Verb. Etymon*, ubi quod *Theologia* eſt quidem Sermo de Deo, *Aſtronomia* de aſtris, ſed ἐτυμολογία non eſt ſermo de nomine; ſed ratio, & cauſa nominis; idcircò interpretatur non *Verbiloquium*, ſed *Veriloquium*.

Parochi verò Juris utriuſque Doctores addiderunt, valdè differre inter ſe *Etymologiam*, *Alluſionem*, *Derivationem*, & *Deſcriptionem* Vocabuli. Siquidem *Etymologia*, ut dictum eſt, idem ſonat ac *Veriloquium*; eò quia Etymologando veram exponimus Vocis, ſive rei originem; exempli gratia *Mutuum* ex eo tale dicitur, quia ex *Meo* fit *Tuum*; *Teſtamentum*, quia eſt *teſtatio mentis*. Eccleſia *Collegiata*, quia in ea Clerici *colliguntur*. Vel *Conventua-*
2 *lis*, nam in ipſa Clerici *conveniunt*. Ideò valet argumentum in Jure ab Etymologia vocabuli, ſed negativè tantùm; ut ex Meo non fit Tuum, ergo non eſt mutuum. Non eſt teſtatio mentis: Ergo non eſt Teſtamentum. Clerici non conveniunt ſimul, ſeu non colliguntur in Eccleſia: Ergo ipſa non eſt Collegiata, vel Conventualis. Everard. *in locis legalibus loc.* 4. Barboſ. *in locis commun. loco* 44. *num.* 1. Decian. *conſult.* 43. *num.* 18. *vol.* 5. Pariſius *de Confiden. quæſt.* 26. *num.* 8. & Pichard. *in*
diſpt. de Mora num. 5. Porrò *Alluſio* eſt ſimplex 3
conſonantia vocum cùm nomine, ut *Poſſeſſio* quaſi *Pedum poſitio*. *Pontifex*, quaſi *Pontem morum faciens*. Et ex hac non deducitur in Jure argumentum concludens, neque negativè, neque affirmativè; ut probant Everard. & Barboſ. *d. locis*. Cujacius *lib.* 11. *obſerv.* 37. idem Barboſ. *in collect.* DD. *ad cap. Fundamenta n.* 18. *De Elect. in* 6. Cæterum *Derivatio* eſt demonſtratio rei ab effectu, ut *Mercatus à Merce*, *Tutor à tuendo*, *Rex à regendo*. Tandem *Deſcriptio* eſt indagatio qualitatis ſubjecti ab ipſa voce, ſeu nomine. Exempli gratia. Si *Bonifacius* dicatur eſſe *Vir bona faciens*. *Juſtinianus Vir*
faciens Juſtitiam. *Cadaver*, ideſt *Caro data Vermi-* 4
bus, ut eruditè Hieron. à Baſilica Petri *in Ephemer. ſacr. die* 29. *Menſis Januarii pag.* 631. ac ſimilia. Et ex his pariter non datur in Jure argumentum efficax, prout advertunt DD. ſupracitati; etſi apud Rhetores admittatur in Oratione juxta Ariſtotelis præcepta 2. *Topic. cap.* 2. *loc.* 19. & ibi P. Silveſt. Maurus *in Commentar.*

His ita præmiſſis, reſpondentes quæſito, dixere, *Ety-*
mologiam EUCHARISTIÆ venire, ab εὖ. χαρίςα; 5
quarum prima dictio ſignificat *Bonam*; ſecunda verò *Gratiam*; & ſic *Euchariſtiam* denotare *Bonam Gratiam*, ea ratione, quia continet realiter CHRISTUM, qui eſt plenus gratia. S. Thom. 3. *p. q.* 73. *art.* 4. Gloſſ. *in clem.* 1. *de Privil. Verb. Euchariſtiæ.* Catechiſm. Roman. *De Sacram. Euch. ſect.* 3. ubi alia redditur ratio his verbis: *Nec verò minus aptè gratiarum actionem interpretamur (EUCHARISTIAM) ſiquidem cum hanc puriſſimam Hoſtiam immolamus, immenſas quotidiè gratias pro univerſis in nos beneficiis Deo agimus, atque in primis pro ejus gratiæ tam excellenti bono, quam nobis hoc Sacramentum tribuit.* Et de hac abundantiſſima gratia, reſultante ex EUCHARISTIA, qua ipſi Deo Optimo Maximo gratias agimus noviſſimè tractat Paul. Segner. in ſuo devotiſſimo liberculo *l'Albero della Vita*, *conſid.* 4. & ante ipſum Emin. Card. Toletus *in Summ. lib.* 2. *cap.* 4. ubi demonſtrat, in EUCHARISTIA contineri omnia Sacrificia populi Judaici, videlicet